



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 104. Pestum a Christianis ignominiose relictum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

quas liberæ conscientiæ obtentu honestare non erubescunt, instillat, ubi valde ridiculum videtur, Catholicis ab omnibus Novatoribus objici, quod avitam fidem in sua quieta ac octodecim ferme sæculis continuata, firmaque possessione persistentem legum severitate ulterius propugnare, armaque a Sectariis illata armis repellere contendant: cum tamen ipsimet ubique sectam suam hodie ex unius hominis cerebro enatam seditiosis etiam armis, ac innoxii sanguinis profusione intrudere audeant.

Sæc. XVII,  
A. C. 1604.

§. CIV.

*Pestum a Christianis ignominiose relictum.*

Jam sæpius Turcæ belli inducias petebant, eoquod Persæ Babylonem & Ægyptum invadentes Euphratem usque progressi, Bagadetum necnon Taurim Persarum olim Regiam occupassent: cum autem compertum esset, quod induciarum beneficio Budensem urbem annona, bellicque apparatu muniendi tempus nancisci quærerent, hinc subdolæ illorum artes atque iniquæ conditiones eludebantur: insuper Sedares Janifferorum Præfectus Achmetis I. jussu cum ingenti exercitu in Hungariam descendere dicebatur, dato negotio, ut præprimis Pestum caperet, atque

Lundorp. in  
Cont. Sleid.  
lib. 10.  
Thuan. l. c.



Sæc. XVII. atque ea ex parte Budam liberaret  
A. C. 1604. Priusquam vero hic Purpuratus Pestum  
 obsidere moliretur, Jagenreuterus Pesti Præfectus  
 Tartarorum pro motu suo excurrentium conspectu  
 territus vestigio urbem deserere constituit, sed  
 lam tot insequentis hostilis exercitus viribus  
 resistendo imparem caussatus igitur incensis  
 aliquot domibus quinta Septembris cum validissimo  
 præsidio per summam ignaviam Pestum egreditur,  
 relictis in oppido belli tormentis unacum cetero  
 armorum apparatu. Vix milliare progressus,  
 quingentos obviam habuit Hungaros, quos  
 Althemius Strigonii Præfectus unacum annona  
 subsidio mittebat, qui urbem esse derelictam  
 intelligentes cum Pestum præsidio rediere:  
 quo compertum Wilhelmus Radislavius Hatvanam  
 que incensis cuniculis evertit, ac perititer cum  
 suis aufugit, Turcæ vero Budenses mox Pestum  
 ingressi incendium restinguere conati sunt.  
 Jagenreuterus autem interim Strigonium petens  
 veniens in vincula coniectus est.

## §. CV.

*Strigonii obsidio a Turcis soluta.*

*Panon. Hist.*  
*pag. 1.*  
*Thuan. l. c.*  
*Calmet hist.*  
*Univerf.*  
*l. 153.*

Paulopost Turcæ ad locum, qui Tordam  
 nam inter & Papam interjacet, pervenerant,  
 duas naves annona onustas quas